



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Amabilem reddunt homine[m] quatuor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

tempi. Idecirco dicit D. Hierony- Hieron.  
mus. Adulatores deuita, sitq; tibi  
tam triste laudari à turpibus, quam  
lauderis ob turpia.

*Adulatio fit tribus  
modis.*

**P**rimo modo , tribuendo ali-  
cuibonum quod non habet,  
& hoc est ueniale . Secundo  
modo , super extollendo bonum  
quod habet . Tertio modo , appro-  
bado malum quod habet, & hoc est  
peccatum mortale.

*Amabilem reddunt homi  
nem quatuor.*

**P**rimum est modestia in sermo-  
ne . Vnde in Ecclesiastico di- Ecc. 20  
citur Sapiens in uerbis amabi-  
lem se facit , gratiae autem fatuo-  
rum effundentur . Secundum est  
mansuetudo . Dicebat Ecclesiasti- Ecc. 3.  
cus . Fili in mansuetudine opera tua  
perifice , & super gloriam hominum  
diligeris . Tertium est fidelitas . Vn-  
de Ecclesiasticus dicebat . Si es tibi Ecc. 33  
seruus fidelis , sit tibi quasi anima.

A. 5

CHRISTIANA

cua, quasi fratrem tuum sic eum trah  
eta, quoniam in sanguine anima  
comparasti illum. Quartum est, ob  
sequia ignis amoris lignis benefi-  
ciorum debet nutrirri. Vnde Paulus  
dicebat. Si esurierit inimicus tuus  
ciba illum &c. Nulla est enim ma-  
ior ad amorem iniuitatio, quam pre-  
uenire amando, & nimis durus est  
animus, qui dilectionem non vult  
impendere. Vnde Seneca dicebat.  
Ut ametis, amabilis esto.

*Ambulandum est cautè pro-  
pter tria.*

**P**rimo, quia ambulamus in  
medio laqueorum. Vnde di-  
cebat Ecclesiasticus. Scito  
quoniam in medio laqueorum in-  
gredieris. Omnia (inquit D. Hiero-  
nimus) retibus plena sunt, dia-  
bolus laqueis cuncta compleuit. Se-  
cunda quia ambulamus in medio la-  
trorum. Vnde Iob dicebat. Simul  
tuerunt latrones eius, & fecerunt  
uiam pro me, & obsederunt in gi-  
ro tabernaculū meum. Tertio quia  
ambulamus in medio fouearum. Va-  
de Esaias dicebat; Formido, & fo-  
uea, & laqueus super te qui habita-  
tor est terræ.

**Ro. 12.**

**Seneca.**

**Eccl. 9.**

**Hieron.**

**Iob. 19.**

**Esa.**